# Angelus ad Virginem

1.

Angelus ad Virginem
Sub intrans in conclave,
Virginis formidinem
Demulcens, inquit: Ave!
Ave regina virginum;
Caeli terraeque Dominum
Concipies
Et paries intacta
Salutem hominum;
Tu porta caeli facta,
Medela criminum.

2.

Quomodo conciperem
Quae virum non
cognovi?
Qualiter infringerem
Quod firma mente vovi?
Spiritus Sancti gratia
Perficiet haec omnia;
Ne timeas,
Sed gaudeas, secura
Quod castimonia
Manebit in te pura
Dei potentia.

3.

Ad haec virgo nobilis
Respondens inquit ei:
Ancilla sum humilis
Omnipotentis Dei.
Tibi caelesti nuntio,
Tanti secreti conscio,
Consentiens,
Et cupiens videre
Factum quod audio;
Parata sum parere,
Dei consilio.

4.

Angelus disparuit
et statim puellaris
uterus intumuit
vi partus salutaris.
Qui circumdatus utero
novem mensium numero
hinc exiit
et iniit
conflictum
affigens humero
crucem qua dedit ictum
hosti mortifero.

5.

Eia mater Domini,
Quae pacem redidisti
Angelis et homini,
Cum Christum genuisti:
Tuum exora filium
ut se nobis propitium
Exhibeat,
Et deleat peccata:
Praestans auxilium
Vita frui beata
Post hoc exsilium.



| | |
|---|---|
| **ad** | to |
| **affigens** | fastening, impressing on |
| **ancilla** | handmaid |
| **angelis** | to angels |
| **angelus** | (the) angel |
| **audio** | I hear |
| **auxilium** | help |
| **ave** | hail |
| **beata** | blessed |
| **caelesti** | heavenly |
| **caeli** | of heaven |
| **castimonia** | chastity |
| **Christum** | Christ |
| **circumdatus** | having been surrounded |
| **cognovi** | I have known |
| **conciperem** | could I conceive |
| **concipies** | you will conceive |
| **conclave** | (a lockable) room |
| **conflictum** | conflict |
| **conscio** | I know |
| **consentiens** | consenting |
| **consilio** | (the) plan |
| **criminum** | of sins, of offenses |
| **crucem** | cross |
| **cum** | when |
| **cupiens** | wanting |
| **dedit** | gave |
| **Dei** | of God |
| **deleat** | that he may destory, blot out |
| **demulcens** | softening |
| **disparuit** | parted |
| **Domini** | of the Lord |
| **Dominum** | the Lord |
| **ei** | to him |
| **Eia** | Ah, well! |
| **et** | and |
| **exhibeat** | that he may show |
| **exiit** | went out |
| **exilium** | exile |
| **exora** | plead, beseech |
| **facta** | have been made |
| **factum** | done |
| **filium** | Son |
| **firma** | steadfast |
| **formidinem** | terror, fear |
| **frui** | to enjoy |
| **gaudeas** | rejoice |
| **genuisti** | you brought forth |
| **gratia** | by (means of) grace |
| **haec** | this |
| **hinc** | from thence |
| **hoc** | this |
| **homini** | to humans |
| **hominum** | of humans |
| **hosti** | (the) enemy |
| **humero** | to (his) shoulder |
| **humilis** | lowly |
| **ictum** | strike, blow |
| **in** | in |
| **infringerem** | could I break |
| **iniit** | went in |
| **inquit** | said |
| **intacta** | inviolate |
| **intrans** | entering |
| **intumuit** | swelled |
| **manebit** | will remain |
| **mater** | mother |
| **medela** | (the, a) cure, remedy |
| **mensium** | (of) months |
| **mente** | (with my) intention |
| **mortifero** | deadly, death-bringing |
| **ne** | do not |
| **nobilis** | noble |
| **nobis** | to us |
| **non** | not |
| **novem** | nine |
| **numero** | the number |
| **nuntio** | messenger |
| **omnia** | all |
| **omnipotentis** | omnipotent, all-powerful |
| **pacem** | peace |
| **parata** | ready |
| **parere** | obey |
| **paries** | you will bring forth |
| **partus** | childbearing |
| **peccata** | sins |
| **perficiet** | will make happen |
| **porta** | gate |
| **post** | after |
| **potentia** | by the power |
| **praestans** | outstanding |
| **propitium** | clemency |
| **puellaris** | of the girl |
| **pura** | pure |
| **qua** | with which |
| **quae** | who |
| **qualiter** | how, by what manner |
| **qui** | who, what |
| **quod** | what, that |
| **quomodo** | how |
| **redidisti** | you have returned |
| **regina** | queen |
| **respondens** | responding |
| **salutaris** | saving |
| **salutem** | (the) salvation |
| **se** | he |
| **secreti** | secrets, mysteries |
| **secura** | secure |
| **sed** | but |
| **Spiritus Sancti** | the Holy Ghost |
| **statim** | at once |
| **sub** | under, within |
| **sum** | I am |
| **tanti** | such |
| **te** | you |
| **terraeque** | and of earth |
| **tibi** | to you |
| **timeas** | fear |
| **tu** | you |
| **tuum** | your |
| **ut** | so that |
| **uterus** | womb |
| **vi** | (by the) power |
| **videre** | to see |
| **Virginem** | (the) Virgin |
| **virginum** | of virgins |
| **virum** | (a) man |
| **vita** | life |
| **vovi** | I have vowed |